

3

omnia mecum commemorans, anno elapso, cum Petro Maria Mar= chetto, & Thoma Bozzola probatissimis amicis meis, honestissi= mis Bibliopolis studiosorum utilitati consulentibus, de grauissi= mis auctoribus pertractans, qui elucubrationes utilissimas edide= runt, inter ceteros ordinis mei auctiores conspicuos, proposui etiam Reuer. Fratrem Raynerium Pisanum sacri ordinis Præ= dicatorum atate sua clarissimum, qui summam quæ Pantheologia inscribitur refertam sanctorum patrum doctrinam, & præcipue admirabilis D. Thomæ qui in omni facultatum genere sanctæ Romanæ Ecclesiæ fulgentissimum lumen existit, doctrinam elu= cubravit: quam & scolastici doctores, & verbi Dei concionato= res, & pœnitentium sacri auditores, tanti faciunt, ut nemo sit iudicio fulgens qui ea suam Bibliotecam exornare non desi= deret. Cumq; bis tantum fuerit impressa, cismontani bibliopo= lae in talem huius operis venerant egestatem, quod nec etiam inflorentissimis ciuitatibus reperiri posset, & quæ latenter ali= cubi reperiebantur, annotationibus ornamentis, & eo care= bant splendore, quo auctorum præclarium libri ad studiose= rum utilitatem & delectamentum, tempestate nostra, insigni= ri solent. Decreuerunt igitur (me efficaciter suadente, Petrus Maria, & Thomas prefati, ingenui viri, de studiosis opti= me meriti, sumptibus proprijs, hanc Fratris Raynerij Pisani summam, omni doctrina, tum concionantibus, tum subtiliter cum pratice disputantibus accommodatam, splendidissimam ite= rum in lucem prodere, ne quod maxime sacræ Theologie con= sultis proficere potest amplius desideretur. Et in hoc opere peragendo, cum mihi totius negotij summa fuerit delata, la= borem & studium quale potui, (non enim legendi ac di= sputandi solitum munus pretermisi) libentissime impertitus sum. Eam nanque corrigere, & quæ obscure, ac imperfe= cte,